



**R.P. Valerii Reginaldi Bvrgvndi Seqvani E Societ: Iesv,
Praxis Fori Poenitentialis**

Ad Directionem Confessarii, In Vsv Sacri sui muneris ...

Regnault, Valère

Mogvntiæ, 1617

Cap. 10. De Regulis iudicandi, an in re dubia tutam formauerimus
conscientiam,

[urn:nbn:de:hbz:466:1-78322](#)

87. cetur quodcumque illorum eligatur: quandoquidem aliqui contingeret hominem aliquando obligari ad aliquid simpliciter impossibile: quale esset, in tali perplexitate vitare peccatum: cum ex hypothesi debeat peccare, siue agat sive omittat illud quod proponitur. Adhuc nulla ratio datur, car in tali casu homo dicatur obligari ad vitandum potius unum illorum malorum, quam alterum. Quare quodcumque libuerit potest sine peccato eligere.

Quod si virumque malum sit aequalis, sed non etiam probabiliter imminet; vel contra non sit aequalis, sed etiam probabiliter imminet ad vitandum quod est maius, illud quod est minus eligendum esse patet ex cap. 1. & 2. distinct. 13. in quibus ex instituto doceatur ex duobus malis eligendum esse minus. Quod querantur accipi debet in p[ro]ced. nu. 77. annotatione est. Conferatur vero, quia homo aliter eligendo, temere contra charitatem & rectam rationem exponi: se pericolo spiritualis derimeat animam. Vbi aduerte malum eo ipso, quod probabilius certiusve est, carceris patibus centerit maius; sicut & bonum eo ipso quod est certius, censetur carceris patibus maius. Vnde D. Thom. 2. 2. q. 62. art. 2. ad. 4. quia maius est ledere aliquem in eo quod tam habet quam si sit, ideoque est certius bonum: quam in eo quod sperat querendum, bonumque est incertum; utpote cuius acquisitione impeditri potest: statu[m] ledentem non tenet ad restitutionem plena eius quod speratur acquirendum (sicut tenetur laesens in eo quod iam est acquisitum) sed solum ad compensationem secundum conditionem personarum & rerum ex arbitrio viri prudentis.

Denique si unum ex duobus illis malis inter quae homo constitutus, nec sit aequalis alteri, nec etiam probabiliter imminet; tunc habenda est ratio notabilis excessus quo unum superalterum. Iuxta quem excessum, excedens iudicatur esse maius malum, ideoque magis vitandum, quam alterum, tanquam minus malum. Atque si unum excedat alterum, tam quia malum est grauius, quam quia magis probabiliter imminet; non ita, ut patet, potest esse in elezione difficultas. Si autem illud quod excedit, quia est grauius; minus probabiliter imminet quam alterum: ideoque minus malum sit: aliqua difficultas est ex parte in eligendo: pro qua tollenda duo statuuntur. Alterum est. Quando unum ex duobus distinctis malis facit multo grauius altero, etiam si minus probabiliter imminet, ad ipsum uitandum posse alterum eligi. Quod offenditur similis: quia unusquisque secundum rectam rationem, adeoque instituta quedam naturali, exponit se periculo amittendi membrum minus necessarium, ut brachium, ad uitandum periculum, etiam minus probabiliter imminens, amittendi alterius membra magis necessarium, ut capitis. Quare secundum rectam quoque rationem est, ut ad uitandum id quod de se natum est maius detrimentum adseratur, eligatur illud quod natum est adferre minus, ideoque est minus odibile. Exempli gratia: si quis in uincibiliter dubitet an teneatur officio de mentiri pro salvanda vita alicuius hominis, ita ut sibi timeat a reatu homicidij si non mentiatur: & a reatu mendacij si mentiatur: format a bona conscientia, quod per ignorantiam quam vincere non potest, a peccato excusat, eligendo id quod de se minus malum est, ut vitetur malus intentus poterit; quia circa controversiam, in endecim officiis, quantumcumque probabiliter imminet, malum est minus homicidio; cum istud sit de se mortale & illud tantum veniale. Immo, & debebit, ne fiat reus homicidij, quod conscientia illi dicit se in tali casu compromissorum, non mentiendo.

Quia in te, aduerte esse excusationem a peccato, per interuenientem ignorantiam inuincibilem, quae tollit liberum, ad rationem peccati necessarium. Namque talem in propposito casu contingere, ex eo constat, quod, ut supponitur, homo tunc non possit vincere suam dubitationem, nec certe scire utrum sibi hic & nunc illicitum sit, mentioning subuenire proximo in tanta necessitate constituto: sique iudicando tale quid sibi esse tunc licet, facit id ipsum prudenter, aut fatem sine errore culpabiliter: utpote ductus, ea probabili ratione; quod non debeat manere perplexus, nec aliud remedium habeat liberandi se a perplexitate, quam ut ex duobus malis propositis eligat minus. Alterum quod statuitur est. Quia in unum ex duobus malis inter quae homo constitutus, fu-

erit quidem paulo grauius altero, sed multo incertius, ita ut excessus grauitatis unius, preponderet excessui certitudinis alterius, tunc ad illud quod certius est vitandum tanquam minus malum; sive quod est grauius, tanquam minus malum. Hoc deducitur ex cap. Dominus De secundis nuptrials, & ex cap. Inquisitioni. De sentent. excomm. vbi definitur mulierem dubitante an est cum quo contraxit sit legitimus maritus; vel quia audit, quod prior maritus adhuc viuat, quem existimat defunctum; vel quod hic posterior sit coniungens in adu in quo matrimonium est irritum definitur, inquam quod tenetur debitum exigere reddere, etiam si ipsa exigere non possit: quia scilicet in tali dubio multo certius imminet peccatum iniustitia, negando debitum coniungi habenti ius petendi (sicut haber quamdiu est in bona fide) quam peccatum fornicationis reddendo debitum; quamvis fornicatio peccatum sit gravius quam peccatum illud iniustitia.

Atque haec quidem de obligatione conformandi voluntatem nostram conscientiae dubitare: sed quia ut de rebus agendis, sic & de conscientia contingat dubitari, hoc est, sicut dubitat quis an aliquid licitum sibi sit, ita dubitare possit, an conscientia dicitur an aliquid licitum sibi esse, tutu sit, & cui tanquam recte possit voluntatem suam tutu conformare; antedictis addenda sunt regulæ, per quas cognoscamus, an tutam de dubia formauerimus conscientiam.

C A P V T X.

De regulis iudicandi, an in re dubia tutam formauerimus conscientiam.

S V M M A R I V M.

89. Non est tutu conscientia que fundatur in opinione improbabilis, nisi ignorantia excusat, aut perplexitas aut necessitas.

90. Tute est conscientia que fundatur in opinione probabili ac moraliter certa.

91. Quid ad formandum tutam conscientiam requiratur, & sufficiat ruit.

92. Que sententia pro communione sit habenda.

93. Propria opinio bene fundata teneri potest contra communem.

94. Liberum est eligere quam velu dubij partem, quando utraque est probabile.

95. Causa dubitandi, num licitum sit sequi sententiam probabilem relata probabilitori.

96. Est licitum cum tantummodo est periculum turpitudini seu malitia moralis.

97. Corollarium inde deductum propraxi.

98. Non esse verum, cum simul est periculum irreuerentie circa res factas, aut damni proprii vel alieni.

99. Quedam inde deducta.

100. Non licet contra conscientiam dubiam agere id quod a Superiori precipit, nisi illa prius deponatur.

101. Quando contra propriam opinionem licet sequi alienam.

102. Vnde doctoris autoritas non facit probabilem opinionem, communis contraria.

103. Opinio non est probabilitas, cum definitioni fidei: aut cum legi, vel consuetudini legitime recepta, est contraria.

104. In odiosis benignior: in alia probabilius opinio est anteposenda.

105. Que opinio tanquam communis sit anteponenda.

Prima regula est ad rectam voluntatis actum non sufficiere iudicium practicum opinioni improbabili innixum; seu quod idem est, non esse tutam conscientiam que fundatur in opinione improbabili: qualis censetur (per traditionem Conrado contra in tract. 7. q. 100. concl. 1.) opinio, que aut leviter tantum ratione confirmatur, aut contra sacras literas vel Ecclesiæ definitionem esse deprehenditur (cap. Sicut distinct. 14.) aut scandali, alterius peccati prætermissi mortalis, periculum in praxi habere offenditur. Huius probatio in promptu est: quia nemo dici potest prudenter, sed temere tantum, agere ex tali iudicio. Quanquam & tunc locus excusationis: se potest: tum per ignorantiam inuincibilem, cum quis de aliis improbabilitate nihil dubitare vel iudicare potuit: tum per

forte offarentem se perplexitatem: cum quis inter duas opiniones constitutus, quas invincibiliter putat improbables, potest ex alterutra earum agere iuxta antedicta in preced. num. 86, tum demum per necessitatem urgente: haec enim facit ut quod alias non judicaretur probabile, tale esse censetur propter periculum quod ex opposito sequitur. Id quod (citat Soto & Nauarr.) usurpat Thomas Sanchez in lib. 2. de matrimonio diff. 36. num. 8, in confirmatione adiit: quod videamus baptismum conferri in extremitate digiti quando partus pericitans, illam exquirat. Et quod secundum multos, cunctis signis contritionis absente sacerdote, possit (si de eo fide digni attestentur) ab eodem, cum vocatus aduenerit, sacramentalis absolutione impendi in articulo mortis. Que opiniones & aliae similes sustinentur, non tam ut ratione vel auctoritate tis fulgat, quam ut suadent eas necessitate: cui subueniendi obligatio est ex lege charitatis.

90. Secunda regula est. Tum esse conscientiam, quae fundatur in opinione probabili, & moraliter certam, seu admittente aliquam formidinem in parte contraria, ob inconstantiam rerum moralium. Probatur vero talis regula, quia secundum eam agens non temere & irrationabiliter, sed ex prudentia (que est actuum humanorum regula) actionabiliter que agit. Nam opinio ea censetur probabilis, que granis auctoritate vel ratione magni momenti nititur. Atque granis auctoritas, iuxta ea que loco cit. tradit. Conradus: intelligitur esse eorum doctorum, qui in aliis opinionibus ad moralia pertinentibus, intenuntur frequenter veritatem attingere, ab eaque raro aberrare; item quos commendat vita morum que integritas, præterea qui multum laboris & studii in examinandis opinionum fundamentis ponunt: ac deinde quos apparere non esse ad talem opinionem inducunt ex aliquo inordinato affectu. Ratio vero magni momenti intelligitur esse argumentum validum, aut sacra Scriptura testimonium, aut Ecclesiæ decreterum, quo talis opinio stabilitur.

91. Tertia regula est, quam tractat Nauarr. ad cap. Si quis autem De penitent. diff. 7. num. 48. & sequentibus. illum qui non est ex eruditio, ut per se opinione fundamentaliter libet valeat, in tuta conscientia esse posse, si bona fide & serio (non autem quasi aliud agens & ludens super rem nihili): ut solent, inquit Nauarrus, magister, unde inculta responsiones referunt in suam & respondentis perniciem) virum aliquem pietatis & eruditio famam claram consulat, & motus auctoritate ipsius, opinionem quam approbat veram esse credit & sequatur in agendo. Haec pater de se: & locum habet quantumvis non peccatum actu consilium, si sciat eam esse talis viri opinione; & secundum illam formet sibi conscientiam: dummodo tamen non negligat ea que in preced. lib. 11. cap. 3, à num. 25. dicta sunt, requiri ut censeatur quis moralem diligenter a tribus illis ad vincendam ignorantiam: quia deficiente tali diligentia, conscientia non esset inculpabilis, si eam erroream esse continget, prout annotat Conradus in citata quest. 100. concl. 2.

92. Quarta regula est, illud quod tradit idem Nauarr. in Enchir. cap. 27. num. 289. Si in delectu opinionum una sit alteri animos censenda hoc nomine, quod sit communior sententia, accipiendo est pro communione sententia illam, quam plures de re propria ex professo differentes elegerint, & approbarint adhibito iudicio: non autem illam quam ampleruntur plures, qui id quod à prioribus traditum est sequuntur sine iudicio: non secus ac oues solentias se praecedentes sequi: de qua et plenus Conradus in precedent. conclus. prima.

93. Quinta regula est. Virum prudentem facta diligenter discussione, optimè examinatis utriusque partis fundamentis, si contra communem aliorum opinionem sibi persuaderet aliquid licitum esse: adductus quatum videre potest satis validis rationibus, aut non obscuro sacra Scriptura testimonio, vel Ecclesiæ definitione, posse secundum illam suam opinionem agere. Hancalius citatis Sanchez in opere Morali libro 1. cap. 9. numero 9. probat ex eo, quod talis non temere, sed adhuc ad scendum diligentia sufficiens, quantoque à prudente requiritur, agat bona fide. Accedit quod, et si contra Dei & Ecclesiæ auctoritatem, fidemve Catholicam, ratione humana probabilitatem non possit facere, possit tandem con-

tra auctoritatem humanam, eique præponderare: ut post Geminianum & Iohann. Andream habet Sylva in verbo Opilio num. 2.

Sexta regula est. Cum in utramque partem, ex rationum & auctoritatum momentis, non autem ex affectu aliquo humano, aut ex aliqua vehementiore passione (qua plerumque est in causa ut vigilantes variis phantasiis, sicut dormientes insomnis deludantur prout attigit Caieta. 1.2. quest. 17. art. 7. ad 3.) opiniones iudicantur & quae probabiles, liberum esse iuxta quam libueit agere vel non agere. Hec ex eo probatur: quod non sit ratio cur vim potius, quam alteram sequentem: nisi forte ex una parte periculum aliquo immineat, ad quod vitandum, prudenter alterum eligi debere.

Explicatio difficultatis, An in re dubia liceat sequi opinionem probabilem reliqua contraria probabilitore.

SECTIO I.

Dificultas autem est: num haec regula locum habeat quando utrumque pars est quidem probabilis & euidens sufficienter ad moralē certitudinem: sed una probabilius est quam altera? Ita ut liberum sit agere secundum eam quam minus probabilis est. Dubitandi vero causa esse potest, quod tutor pars in dubio sit eligenda, ex cap. Iuuenis De sponsal. cap. Ad audentiam. cap. Significasti 2. De homicidio & cap. Illud, De clericis excommunicato ministrante. Pars autem probabilius sit tutor, cum ille qui eam sequitur minus expedit se periculo peccandi, quam ille qui minus probabilem. Sicque sentientes referunt longas etiam Thom. Sanchez in opere Morali lib. 1. cap. 10. numero 10. Ex altera parte vero, si aliqua opinio est probabilis, consequenter conformis est recte rationi & existimationi virorum prudentium, eam certe sine reprehensione sequi in præcessu, tanquam minime nobis consciū, quod agamus contra rectam rationem. Nec refert quod detur alia opinio probabilius: quia non est positum in precepto, sed tantum in consilio, sequi quod melius & perfectius est: vi ex eo patet, quod bona vita religiosa, perpetuæ castitatis, melioris huius & perfectiora bonis vita secundaria & matrimonij ex cap. Nuptiarum 32. quest. 1. homini tamen qui non dum sit votu adstituit, haec eligere licet, illis reliquit ex cap. Integritas ead. quest. Itaque D. Antonius & Nauarr. ille 1. parte iii. 3. cap. 10. § 10. in 6. regulas & hic in Enchir. cap. 27. num. 289. & ad cap. Si quis autem De penitent. diff. 7. num. 34. & aliquot alij quos referunt Thomas Sanchez in sequentibus numero 11. in fine (inter quos est Suarez in 3. par. to 5. quest. 40. sed. 5. a. num. 14 ad 8.) eamdem partem tenentes, id quod allatum est pro parte opposita: neque. In dubio tertiorem partem eligendam esse: aiunt tantum esse consilium: & ideo quoniam partem quae tutam est eligere possimus, haud obstat, quod pars opposita a tutor sit, nisi iusta causa forte vigeret, in aliquo casu, aut his aliquid specialiter intererat amplectitutius: quae re ut Suarez, sic & Sanchez a cit. num. 11. ad 16.

Ceterum videtur distinctione sufficienter explicari pro præcepto: eaque talis est. In facto de quo in utramque partem sunt opiniones probabiles, sed altera probabilius: aut tantum est periculum turpitudinis; aut præter turpitudinem imminet in eo periculum alicuius notabilis irrenientiae erga res sacras, aut alicuius danni item notabilis a nobis vel a proximo incurandi, quod ex iustitia vel ex charitate vitare teneamus: atque si tantummodo sit periculum turpitudinis seu malitia moralis, dubiumque in eo constat, an factum aliquod sit licitum vel illicitum dici potest cum auctoribus posterioris tentent non esse necesse partem tertiorem sequi, si altera sit tutu; hoc est, si miratur fundamentis sufficientibus ad mortalem certitudinem. Sic enim (inquit D. Antonius & Nauarrus) quamvis id quod D. Bonavent. docuit, lapsum in peccatum mortale, teneri sub pena noui peccati, de illo confiteri, statim accopiam habet Confessarij, tutius sit quam oppositum, seu quam non ita teneri (quod D. Thomas docuit) tamen istud posterius communiter tenetur, quia tutum est; & moraliter certum propter ipsum D. Thomæ auctoritatem, & rationes quibus ipse vicitur. De qua re iam dictum est a nobis in preced. libro 5. capite 2. sed. 3. Sin autem cum periculo turpitudini-

nis, antedictum damni periculum sit coniunctum, sequenda est prior sententia memorata: tenendo cum Caet. in verbo Op. no. & Soto De iust. & iure lib. 3. quæst. 6. art. 5. ad 4. Atque Azorio in 1. part. moral. Inst. lib. 2. cap. 12. tunc secundam eis partem rationem. Intellege, non modo cum opinio illi falsoe, probabilior fuerit; sed etiam cum minus probabilis: quandoquidem periculum damni secuturi non pendas ex probabilitate opinionis, sed ex facto de quo est opinio, nato illud creare.

96. Istiusmodi autem bipartite responsionis pars prior confinatur, quia non minus nocet homini errare in articulo fidei, qui nondum est ab Ecclesia declaratus esse de necessitate credendus: quam nocere potest error in facto morali, de quo non constat irrefragabili ratione aut sacra Scriptura testimonio, aut Ecclesiæ determinatione, ipsum esse illicitum; Fides enim tam necessaria est, immo & magis, quam virtutes morales: quandoquidem ubi sans fides non est, iustitia est non potest. 24. quæst. 1. cap. Vbi. Sed in iis quæ ad fidem pertinent, sicutque inter doctores controvenerit, liberum est ante Ecclesiæ determinationem, utram libuerit partem amplecti; dummodo tamen bona fide procedatur, nempe sentiendo illam non damnari ut erroneam & talibus fundamentis nisi, quæ à remissitate iudicandi liberent ei assidentem. Parte ergo ratione in dubiis ad mores pertinetibus, cum tales conditions interuenient, liberum est, quam ex oppositis libuerit, siquicunq; opinione probabilem. Hanc rationem ex Gersone adserit Nauartus ad cap. Si quis autem Depanit. dist. 7. num. 55. Cui accedit alia; quod lex non obliget, sed relinquat hominem in sua libertate agendi, quādo non est sufficienter promulgata: sicut non esse meritò censetur, propensus aliquid illicitum esse, quod probabilitate ostenditur licitum esse. Id enim est ostendere nullam talē legem vere esse, & commentitiam censeri posse. Itaque illud quod bona fide putamus probabile, tuncunque esse, non prohibemus amplecti, eo quod contrarium ipsius videatur probabilius & tutius.

97. Atque ex his colligitur; cum qui nixus non levibus fundamens, bona fide contra communem opinionem persuaderet sibi aliquid esse licitum, possit consilium petenti, dare illud secundum ipsam communem opinionem: etiam si contraria ipse iudicet probabiliorem: ac eiusdem communis opinionis rationes aptè dissoluti posse putet. Neque eam tanquam improbabilem (maxime si plus utilitatis & facilitatis habeat) dissuadere posse hoc nomine, quod contraria magis ei proberet: præserim cum in rebus agendis prudenter sit aliorum commune iudicium suo proprio anteponere. Quanquam si quis constuleretur non quidem absoluē de aliqua re, an ea licet: sed quid de ea sibi videatur probabilius; respondere debet, id quod iudicat, alioquin mentiretur.

Colligitur etiam ex dictis ratio eius quod tractant Nauar. & plenius (aliorum dicta referens) Gabriel Vasquez: ille ad cit. cap. Si quis num. 66 & aliquot sequentib; & hic ad 1. 2. D. Thomas dispu. 62. cap. 7. Confessarium possit absoluere Penitentem qui ex duabus opinionibus probabilibus, eam quam Confessarius ipse minus probabilem putat, vult tenere, nec illi in contraria tauriori acquiescere. Ea enim ratio est, quod Confessarius tunc videat Penitentem bona conscientia operari: cui propterea non possit tanquam male disposito absolutoriū denegare. Immo secundum eudem Nauar. in sequo numero 73. nec denegare debet, quantumvis iudicet ipsius opinionem non esse simpliciter tutam (de quo Greg. à Valen. 2. 2. dispu. 5. quæst. 7. puncto 5. in fine dummodo iudicet in tali homine hic & nunc id tutum esse: nempe quia ipse secundum mensuram cognitionis quam consequi potest, prudenter statuit sibi tale quid licere; sequeuntis vitos quos bona fide credit pietatis & eruditiois fama claros, cum ipse non sit ea eruditio, vt per se possit opinionum fundamentali librare. In tali enim, ignorantia meritorum presumitur inuincibilis esse.

98. Posterior pars autem proposita distinctionis probatur: quia quisque ex charitate tenetur facere quantum in se est, ne ex sua operatione sequatur graue aliquod damnum. Id autem non facit, quando pensatis omnibus non operatur eo modo quo verosimilius est nullum damnum sequuntur.

rum: & per consequens, cum non operatur ex opinione dictante id, in quo minus est periculi, non modo malitia moralis, sed etiam irreuerentia erga res sacras, aut alterius gravis incommodi. Quare non licet tali opinione relieta, operari secundum contrariam minus probabilem; immo nec licet secundum opinionem aquæ probabilem.

Vnde colligitur primo, in administratione Sacramentorum non esse licitum, quoad ipsorum formam aut materiam, aliave ex quibus penderet ipsorum validitas, sequi probabilem aliquam opinionem probabiliore relieta (sicut nec licitum est, reliata certa) ut quamvis valde probabile sit conferri posse baptismum sub hac verborum forma. Ego te baptizo in nomine ingeniti, geniti, & ab utroque procedentis non est tamen licitum conferre actu, ob periculum irreuerentiae circa Sacramentum: præsentim cum detur alia de qua nō tantum est probabile, sed etiam certum, quod sit vera baptismi forma: ita ut nulla sic conferenti virgat necessitas.

Colligitur secundo, in foro externo Iudicem teneri sententiam ferre in fauorem eius partis quæ in probatione facti, probabilitate habuit testimonia, etiam si contraria testimonia sunt probabilia. Similiter & ius pro eo dicere, cui probabilitate sententia in iure facit, si certa sint parta. Quia de re plurius ageretur in seq. lib. 23. num. 41. 42. 43. Et certi si iudex ad id non teneretur, cum ut plurimum in causis forensibus opiniones contrarie sint probabiles, ipse posset pro sua voluntate sententiam ferre, nec teneretur pondus rationum & testimoniorum expendere: quod absurdum est.

Colligitur tertio, medicum sequi debere opinionem quam rationibus & praxi pensatis serio, censet probabilitatem seu accommodationem ad ægri sui curationem. Quod si post adhibitum ut per diligentiam, maneat in utramque partem æquè dubius de aliquo medicamento, sita profuturum an ob futurum, deberet ab eo abstineri: nisi aperte ei constaret de morte aliqui secutura. In quo casu illud portgens prudenter agit, beneque prospicit ægri, cui nocere non potest, ut propter iam de vita penè desperato: prodest autem posse, aliquid probabilitatis habet. Quæ duo quando concurrunt in medicamento, illo ut medicus debet: prout post Greg. à Valent. 2. 2. dispu. 3. quæst. 10. puncto 2. col. penult. annotat Sanchez in opere Morali libri. 1. capite 10. num. 42.

Explicatio alterius difficultatis, an in dubio licet alienam opinionem sequi contra propriam.

S E C T I O II.

D E ineruditio quod tu à conscientia possit in agendo sequi eruditio opinionem, habetur ex precedenti num. 91. De etiudito vero proponitur difficultas, Num in dubio tenens unam opinionem esse veram, possit in agendo contrariam aliorum sequi. Pro cuius explicacione videtur dicendum, neminem licet agere illud, de quo probabilitate dubitat an sit peccatum necne, durante ipsa dubitatione: ne quidem si à Superiori et præcipetur. Quod Nauart. ad cap. Si quis autem Dep. in iud. dist. 7. num. 81. & aliquot sequentib; confirmat pluribus: sed hæc una manifesta ratio sufficere potest, quod nullum Superioris præceptum eximat hominem ab obseruatione iuris divini, siue naturalis siue positivi, exc. Nō semper cap. Si dominus cap. Julianus 11. quæst. 3. At vitare illum de quo dubitatur an sit peccatum necne, iuris est naturalis: namque notum est lumine naturali, Deum esse coelum & amandum super omnia: nec coli & amari super omnia ab eo, qui ne offendat Superiori, exponit se probabili periculo offendendi Deum: prout accidit ei qui præcipiente suo Superiori, id agit de quo dubitatur sit peccatum seu Dei offensa. Nam si quis amore & reuerentia à erga Iacannem, id agit per quod iudicat se exponi periculo probabili offendendi Petrum, minus sanè amat & reuerteretur Petrum, quam Ioannem. Quare ne quidem præcipiente Superiori, potest quis licet id agere, de quo dubitat an sit peccatum, quamdiu dubitat.

Cum autem hoc sit, ut agatur tur à conscientia, deponendum est dubium, rationabiliter forma à conscientia; id est, statuendo apud se ex causa aliqua rationabili, & ad moralē certitudinem sufficiente, quod illud, de quo mentio est, licitum sibi sit hic & nunc. Cuipusmodi causa,

causa, quando Superior præcipit subditu aliquid de cuius turpitudine nihil evidenter constat, potest eidem subdito esse, quod Superioris imperantis vocem, tanquam diuinæ voluntatis, *cuiusmodi* conformare tenetur; interpretarem audire debeat, iuxta illum Luc. 10. Qui vos audite me audit: & qui vos spernit me spernunt.] A deo ut nisi constituit illa perte, quod Superior tens imperandi iure accepto à Deo, perpetuam interpretetur diuinam voluntatem (sicut constat cuiliquid imperat, quod evidenter patet turpe malum esse) licet potest le talis imperio conformare ut miles præcipiente suo principe, pugnare potest ut in bello quod certum est non est: contra Dei præceptum: ita & in bello de quo virtutum contra Dei præceptum sunt, certum non est, ex cap. Quid culpat 22. quæst. 1. Qued & ratio conficitur, quia cum inferior in humana societate habeat se ad Superiorum; sicut in humano corpore membra alia se habent ad caput: certè in dabo debet ipse iudicium. Superioris potius quam suum sequi. Ad quod f. cit etiam illud D. Bernardi præclarum sub initium tractatus de præcepto & dispensatione. Sicut Deus, sicut homo Vicarius Dei, mandatum quocunque tradiderit, pars præcepti obsequendum est curâ, vt tamen Deo contraria non præcipit homo.] Quæ vtilitera verba indicant in dubio, debet & probabilitatem confare subdito, illud quod præcipitur esse sibi licitum. Hoc enim est, non esse Deo contrarium.

Cærum si propria opinio non obstat quomodo quisque posse præpositi præceptum sequi contra eamdem propriam opinionem: nihil enim obstat quomodo pariter possit sequi opinionem alterius viri docti, non præpositi sui. Namque opinionem contrarias non cessar ex eo, quod viri a eis sunt in inferioris, & altera superioris. Atque si opinionum contrarias non oblit, quomodo inferior possit contra propriam, in agendo Superioris opinionem sequi: nec obstat quomodo similiter possit quis contra propriam, sequi opinionem alienam, sicut ut debet ad eum: tandem temeritatis & imprudentiae labore probabilem esse iudicet non leuiter, sed bona ductus ratione: qualis est, quod terum moralium sit magna incertitudo, illaque opinio sua proprie opposita, at h. res habet doctos valentes ingenij a summe ad iudicij maturitate. Nequeippe ex eo, quod occurrit illi a gumentum quod solvere non potest, debet sic gulari suo iudicio existimare sententiam ipsorum inprobabilem esse. Cū iusmodi ratio sufficiere potest ad formandum prudentem in dicium practicum, tutamve conscientiam faciendam: non obstante contrario iudicio nostro speculatorum: cuius fundamen' a non fuerint demonstrationes vel authoritates cūdentes, quæ illi alteri iudicio probabilitatem auferant, nec nos iliacquiescere permittant.

Documenta notanda ad iudicandum num in re dubia tutam formaverimus conscientiam.

SECTIO III.

Circa hoc autem, & alia quæ spectant ad tutam in re dubia conscientiam formandam, iouerit lequentia documenta notare.

Primum est, quod habet Gabriel Vasquez ad 1.2 D. Tho. dis. 62. cap. 4. num. 17. ut opinio aliqua certeatur ad hoc sufficienter probabilis, ut possimus eam sequi contra propriam: non debere esse illius doctoris tantummodo: nam pa. et non esse prudentia, ob viu us authoritatem, secundum aliquam opinionem: operari contra propriam aut aliorum communem. Neque refert quod illa auctoritate posse esse probabilis sufficienter ad agendum secundum eam: quia id pro parte est, quod rationes habeat, quæ probabilitatem persuecant illi eiusmodi opinionem, etiam si communis opinioni oppositam.

Secundum est, quod variis exemplis Azor. illustrat in 1. part. Moral. iustitiae. li. 2. cap. 9. opinionem quæ nititur, folicitur que definitione fidei, aut ei maxime accedit, secundum omnino esse tanquam certa veram, quorumcumque doctorum sententia potest haberi. Ratio est, quia definitio fidei nullam patitur dubitationem.

Tertiū est, inter opiniones, præferebam esse eam quæ magis in legis, iuris & intelligentia innititur, aut magis recepta rationabiliter confuetudine comprobatur. Tales enim maximè sunt quæ aperiunt quid ex obligatione ligandum, aut fugendum.

Quartum est. Inter duas aut plures opiniones eā quæ be- 104: nighior mitiorque est amplectendam esse in rebus ad odia, non ad fauores, spectantibus quod patet ex regula 13. iuris in 6. Odiare refungi & fauores conuenit ampliar. In ceteris rebus vero probabilitatem esse ut plurimum anterendam. Ad quod faciunt ante dicta in præced secat.

Quintum est. Communem doctorum opinionem nisi 105: antiquata sit, singulari alii cuius deotoris opinione auctoritatem esse in rebus agendi. Ad quod faciunt illud quod dicit sacerdot. Plus vident oculi quam oculus. Adverte autem cum Azorius in eod. lib. 2. cap. 13. nō quoniam vnu venie ut scriptores discant, alii dicentibus vnam opinionem; alii vero contrariantem esse communem: tuncque in aeneae endeva alii, videndum est si quid de re propria certi haberi possit ex aliqua lege, vel ex recepta consuetudine; vnde vna alii merito præferenda videatur; si quoniam inveniatur, in celeste procedendum esse luxa ante traditas regulas.

Adverte f. em quod idem author ex Navar. in Enchir. cap. 27. num. 28. habet: ex pluralitate doctrinæ classicorum, eorumque quorum authoritas in scholis est approbata iudicandum esse quæ sit sententia communis, nempe talem censent, quæ est quod respectu illorum qui cœntent, pauci sunt authores classici (qualium Authorum Catalogum & distinctionem habet idem Azor. in seq. cap. 14.) qui contrariant sequuntur: vnu g. si septem aut lex ex instituto questionem aliquam tractent, & quinque eorum vnum opinentur, vno aut altero docente contrariant, communis est opinio, quæ quoniam vnu alii alterius sententia tradiderunt, id est præfenda: nisi vnu ille aut alterius sententia suam sententiam meliori, subtiliori, ac firmiori ratione comprehe. ita & cap. Capellanus contrariantur non oblit, quomodo inferior possit contra propriam, in agendo Superioris opinionem sequi: nec obstat quomodo similiter possit quis contra propriam, sequi opinionem alienam, sicut ut debet ad eum: tandem temeritatis & imprudentiae labore probabilem esse iudicet: non leuiter, sed bona ductus ratione: qualis est, quod terum moralium sit magna incertitudo, illaque opinio sua proprie opposita, at h. res habet doctos valentes ingenij a summe ad iudicij maturitate. Nequeippe ex eo, quod occurrit illi a gumentum quod solvere non potest, debet sic gulari suo iudicio existimare sententiam ipsorum inprobabilem esse. Cū iusmodi ratio sufficiere potest ad formandum prudentem in dicium practicum, tutamve conscientiam faciendam: non obstante contrario iudicio nostro speculatorum: cuius fundamen' a non fuerint demonstrationes vel authoritates cūdentes, quæ illi alteri iudicio probabilitatem auferant, nec nos iliacquiescere permittant.

Addiderim, autem religio & pietas in Deum, aut gratia nostra, vel proximi necessitatis exigere secundum eam agi, quæ natura a deo sufficiens causa cœndit opinionem minima' probabilem vel rectam probabilitati. Vnde eti possunt quæ docet Gabriel Vasquez ad 1.2 quæst. 19. dis. 63.

Adverte deum quod antiquationem opinionis communis: interdum concordare ut antiquiores scriptores non notant talique argumentum, aut decretum, maximam vim habens contra ipsorum opinionem: eo vero à recentioribus notato, hos in contrario opinionem adductos esse: illa quoque ut improbabile a reputatis: & i. eo non haberi amplius pro communium nec pro probabili, ita ut antiqua a cœndatur.

CAPUT XI.

De conscientia scrupulis, quatenus debet voluntas nostra ei conformari.

SVMARIVM.

- 106. *Scrupulus diversum quid est, tum à synderesis tum à dubitatione.*
- 107. *Differenta quid est a conscientia & a dubio.*
- 108. *Ouri possunt scrupuli, tum ex frigid. & complexione corporis, tum ex mania.*
- 109. *Item ex tentatione Daboli. & qua ratione.*
- 110. *Alio cause ex quibus oriri possunt scrupuli.*
- 111. *Argumentum occurrentis contra conceptam opinionem, vñ alia; atque alia: & quomodo.*
- 112. *Quando licet agere contra conscientiam scrupulosam.*
- 113. *Quando non licet.*
- 114. *Scrupulus propriæ dictus contentum potest, non item improprie dictus, sed rationabiliter deponendas est.*

Prænotandum est, scrupulam à quo dicitur conscientia scrupulosa, homines improbos male confundere cum synderesi in huius libri cap. 3. descripta; cum viros probos ei iisdem synderescos dictum sequentes in agendo, sole scrupulosos appellare. Si. ita in eis dicta non est, scru-
qui polo habet: sicut scrupulus comprimentas est, synderesi quoque est optimè, quod nemo nisi nequa & insanus dixerit: cum ea sit lumen iustitiae Dei super nos signatum ex P/a. 4. Male erat nonnulli eo quoniam scrupuli per metaphoram à lapillo

qui